Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

& germanorum quod omnino eam traderet nup
tui ut possent ipsa mediante acquirere
aliquam parentelam. Inducebatque ipsos ni
mis quod filiam unam perdiderat & volebant
sic dampnum desiderate recuperare per unam
Variisque modis omnibus conabantur mortalem
sponsum pro sacra virgine invenire. Ad
dum illa cepisset advertere insidiasque
hostis antiqui inspirante domino atten
disset mox fortius & diligencius cepit ora
1 nes continuare meditacionibus & prime dare
2 operam efficacem, evitamque conversaciones
3 hominum fugere, ac manifesta signa suis
4 ostendere quod nullatenus intendebat tradi
sponso corruptibili & mortali. ex quo tam
graciose regem seculorum & immortalem
sponsum attemperat sua infantili etate.
Hoc signis nutibus atque verbis sacra vir
gine demonstrante & in hoc semper perseveran
te. cogitaverunt parentes per aliquem me
dium flectere animum eius ad eorum consensum.
¶ Unde Tritio quondam fratre ordinis predicato
rum qui adhuc vivit & eis nimis erat
domesticus & amicus, ipsum strictissime
rogaverunt quod deberet ei persuadere ut
assentiret voluntati eorum. Quibus ille
respondit se vota posse facturum. Sed ve
niens ad virginem & inveniens eam fir
missimam in sancto proposito, constrictam ducta
consilium sanum ei super hoc dedit dicens
ad Ex quo disposita es domino serviendo omnino
& isti de opposito te molestant, ostendas
eis firmitatem propositi tui. Abscindas crines
seu capillos capitis tui ex toto & tunc
forte isti quiescent. Quod illa recipiens ac
Cirrum si de celo audivisset, mox accipiens forfices
hic ab capillos in quibus tam graviter se peccasse
scidit se putabat, quos scilicet nimium odiebat ra
dicitus ipsum caput letanter abscidit. quo
facto capitergio caput operuit. Cepitque

preter puellarum morem secundum tamen doctrinam
apostoli capite velato incedere. Quod dum
primo lapa eius genitrix advertisset, eam
quasi inconsueti velaminis ab ipsa inquireret
nec clarum possent habere responsum, eo quod virgo
nec mentiri volens nec pandere verita
tem, potius mussitabat quam respondebat.
Appropians filie propriis manibus velamen
accepit, caputque detexit & tonsum ex
toto invenit. Tunc tacta dolore cordis in
trinsecus, eo quod capilli erant pulcerrimi
ejulans exclamavit dicens. Ha filia
quid fecisti. Et virgo velato itero capite
inde discessit. Sed ad clamorem lape ma
ritus eius & filii convenerunt auditaque
causa clamoris, vehementer contra virginem
sunt turbati. Ex qua turbacione bellum secun
darius primo incipitur. Sed victoria vir
gini de celo porrigitur ita plena, quod que
putabantur impedimenta facta sunt ad co
niugendum se fortius domino mirabiliter adiu
menta. Illi ergo iam palam persequuntur eam
verbis & factis. quiritando. & & commina
do dicentes. Vilissima mulier, credis e
vadere quod crines precidisti nec nostram facias
voluntatem. Crines invita te crescent.
Et si cor tuum creparet. oportebit ut capi
as virum, nec umquam habebis quietem quousque
assenseris votis nostris. Fecerunt suo modo
edictum, ne catherina locum aliquem
secretum ad manendum haberet, sed semper
in serviciis domus occuparet. Ut et lo
cus & tempus orandi, suoque sponso se co
niungendi ei totaliter auferretur. Et ut
amplius cogeretur se habere contemptibi
liter ancilla.
fericata coquine. Catherina virgo ad
serviendum in coquine squaloribus deputatur.
Cottidie improperia, cottidie verbales in
iurie, cottidie multiplicabantur adversus
eam despectus. & illi qui solent magis